



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Commvni,
Excommunicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Sectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

ex alio capite actio illa mala non est, per se loquendo. Denique ob hanc causam ecclesiastica censura imposita est his, qui communicant cum excommunicato, scilicet excommunicatio minor, quam, vel aliquam aliam non incurrit, qui communicat cum suspensio, etiam in his, à quibus suspensus est. Si autem illa communicatio esset ab Ecclesia prohibita, & regulariter esset grauior culpa, deberet profecto eadem, vel grauiori censura puniri.

Dubii resolutio.

Respondeo, in tantum esse præceptum fidelibus evitare suspensum in his à quibus suspensus est, in quantum ex natura rei id consequitur ex suspensione eius, quando non vitare illum, vel communicare cum illo tali modo, seu in talibus actibus, vel esset cooperari ad peccatum, quod ipse committit, agens contra suam suspensionem, vel esset aliquid operari modo indebito, & sine his circumstantiis, quas talis actus ex natura sua postulat vt recte fiat: vel etiam quatenus ipse clauus Ecclesie contemnit. Sic peccat contra clauus qui suspensum ab officio inducit ad celebrandum, vel ad ferendam sententiam in penitentiali, vel externo foro: & qui suspensum à beneficio facit participem fructuum Ecclesiasticorum: nam & peccat contra iustitiam, & contra obedientiam Ecclesie debitam: nam illa prohibitio indirecte saltem in eum redundat. Et hinc etiam verum est quod Nauarrus ait, hanc communicationem cum suspensio regulariter esse peccatum mortale, quia moraliter non fit sine cooperatione cum illo ad peccatum mortale, nisi ex accidenti materia sit nimis leuis.

Quem fauorem contulerit Extrauaganti. Ex. r. a. de vitanda, communicati. suspensio non vitando.

Hinc tandem colligitur responsio ad difficultatem positam, quid nimirum contulerit Extrauaganti. Ad vitanda, fidelibus per priuilegium non vitandi suspensum non denunciatum; necessario enim dicendum est, contulisse, vt propter commodum ipsorum fidelium nunc licite sint multe actiones suspensio non denunciato, si eas faciat ad petitionem aliorum fidelium & propter eorum vel necessitatem, vel iustitiam, quæ antea ipsi non liceret. Inde igitur factum est, vt sic suspensus ab officio non sit omnino priuatus iurisdictione in foro interiori, vel exteriori, sicut antea fuisset: si enim hoc concessum non est, inutilis plane est illa concessio, vt ratio facta conuincit, præsertim supposito modo obligationis vitandi suspensum, vt explicuimus. Exempla vero huius rei in superioribus tacta sunt in singulis suspensionibus, & latius dum ageremus de Excommunicatione.

DISPUTATIO XXIX.

De Absolutione, seu ablatione suspensionis.

SUPPONIMVS suspensionem talem esse poenam, quæ licet duret, tandem finiri & auferri possit, vt in eius definitione declarauimus. Oportet autem præmittere distinctionem illam de suspensione, quæ est pure poena peccati commissi, & de illa, quæ tanquam propria censura ob contumaciam fertur, nam habent diuersos modos cessationis, seu ablationis: & ideo de illis sigillatim explicabimus à quo, & quomodo tolli possint.

SECTIO I.

Quomodo, & à quo auferatur suspensio, quæ pure poena est ob delictum commissum.



Dicendum primo est, suspensionem ad certum tempus latam, elapso tempore ipso iure tolli. Hæc est communis sententia iuris pontificij interpretum cum Glossa in cap. *Sacro*, de Sent. excomm. verb. *Per mensem*, & Glossa in Clement. 1. de Decimis, ver. *Donec*, Innocenti, Abbatis, & aliorum in cap. *Cum bona*, de etate, qualis, & D. Antonin. 3. part. tit. 28. cap. 4. circa fin. Nauarr. c. 27. nu. 161. & 162. Angel. Syluest. Armill. ac denique omnium Summistarum, verbo, *Suspensio*. Et ratio manifesta est, quia suspensio vim habet ex prohibitione Ecclesie, sed prohibitio ad certum tempus facta ipso elapso cessat, quia non operatur ultra voluntatem prohibentis; ipse autem suam voluntatem definiuit ad certum tempus: ergo, illo elapso, suspensio per se cessabit. Vnde fit, vt, qui sic suspensus erat, postea deinceps vel suo officio fungi, vel fructibus sui beneficii frui absque alia facultate, vel declaratione superioris: nam ablato impedimento, res per se ipsam reducitur ad pristinum statum, & vnusquisque, qui impeditur non est, vt potest iure suo, Diximus autem in superioribus suspensum non priuari officio, vel beneficio suo, sed impediri quoad vnum: cum ergo hoc impedimentum cesserit elapso tempore, potest illo vti absque alia declaratione, vt idem auctores, præsertim Innocenti, & Abbas annotarunt. Vnde videntur etiam id intelligere in foro exteriori: est autem multo certius in interiori, vt per se ipsam sufficiens declarat. quia nullum est positium ius, quod specialiter obliget ad nouam licentiam, vel declarationem à superiore petendam. In foro autem exteriori; præsertim quando suspensio est lata ab homine, videri potest necessaria (propter eius satisfactionem) aliqua ipsius declaratio. Tamen, si ipse sententia hoc non expressit, non est cur hoc onus imponamus: satis est enim, vt, quando oportuerit, constare possit, vsque ad elapsum tempus in sententia præfixum non cepisse eum, qui suspensus erat, vt rebus illis, seu actionibus, à quibus erat suspensus.

De modo computandi tempus suspensionis variæ dubia.

Nonnulla vero supersunt minora dubia explicanda. Primum est quado incipiat hoc tempus talis suspensionis currere. Et dicendum est breuiter, incipere ab eo puncto & momento, ex quo censura seu sententia suspensionis lata est, si sit suspensio ab homine, vel si sit à iure, ab eo tempore quo delictum contra tale ius commissum est. Sumitur ex Glossa vltima cum notatione Archidiaconi, & Ioan. Andr. in cap. *Proinde*, de Electione in 6. Ratio vero est, quia censura statim operatur ac existit, secum enim affert executionem, c. *Pastorali*, §. *Verum*, de appellationibus: ergo statim incipit obligare, & ideo in illis quæ ipso iure incurruntur, sepe additur illa particula *ex tunc*, ipso facto, vel quid simile: ergo ex tunc etiam incipit computari tempus, pro quo lata est suspensio. Sed quid, si is, qui sic suspenditur, pro eodem tempore simili suspensione ligatus sit, nunquid incipiet ligari statim noua suspensione: Quibusdam enim visum est non incipere ligari secunda donec tempus prioris finiatur, ne hac occasione leuiori poena afficiatur, nam leuius est eodem tempore priuari eius fructibus, vel functionibus, duplici titulo vel suspensione, quam longiori tempore priuari per singulas suspensiones sibi succedentes. Ita refert Zabarella in *Cle-*

Secl. I. De Ablatione suspen. pro certo tempore &c. 461

Clementina 2. de magistris. & ex parte tenuit Abbas in cap. Cum in cunctis. §. vltim. de electione. Sed oppositum censo verum, quod tenent Glossa, & Doctores in dicta Clementina 2. Et ratio est, quia sententia censuræ, vel ius statim inferre suum effectum in subiecto capaci. Prior autem suspensio non reddit personam incapacem secundæ, ut dictum est: ergo non obstante prima, incipit statim currere tempus secundæ. Et sic non est inconueniens, ut idem sit ligatus duplici suspensione, ita etiam non inconuenit quod duplici titulo priuatur eisdem fructibus vel functionibus. Quod autem inde fiat poena aliquo modo leuior (id enim negari non potest) accidentarium est: sicut si contingat incidere simul in duas suspensiones ipso iure latas: tunc enim simul current, quia non est maior ratio de vna, quam de alia.

Secundum dubium est, quomodo computari debeat lapsus seu successio illius temporis, id est, an continue, sicut naturale tempus elabitur, vel secundum aliquam moralem computationem. Nam videri potest hoc secundum, quia quando aliquid prohibetur fieri aliquo tempore, intelligitur de tempore habili ut in eo talis actio fiat; tempus autem habile ad celebrandum, v. g. vel ad iudicium ferendum, &c. non est totum naturale tempus cōtinuum, nam celebrare licet tempore matutino, & non vespertino, & iudicium ferre licet diebus feriatis, non festiuis, vel per diem, non autem per noctem: ergo. Nihilominus dicendum est, tempus illud secundum physicum & naturalem cursum continuum temporis computandum esse. Hoc est certum apud omnes & constat ex vsu, & quia nec moraliter nec prudenter posset aliter talis computatio fieri: & ideo in omnibus aliis legibus & pactis ita solent definita tempora computari. Vnde ad rationem dubitandi dicitur in primis, in aliquibus suspensionibus quodlibet tempus esse habile ad functionem aliquam exercendam earum, quæ per suspensionem prohibentur, ut in suspensione à beneficio quodlibet tempus est aptum ad percipiendos fructus beneficii: & ius ad redditus ipsos quali continue successu temporis comparatur; & eodem modo per suspensionem tollitur. In suspensione vero ab officio variz actiones variis dici temporibus, & nonnullis indifferenter in quolibet tempore fieri possunt. Quod vero aliqui habeant certa & definita tempora ex Ecclesiæ consuetudine vel præcepto, nihil refert, tum quia id est, accidentarium ad rationem suspensionis, cuius signum est, quia si suspensus ab ordine celebraret hora vespertina, vel nocturna, dupliciter peccaret, & quia tempore in debito, & quia suspensus celebrat. Tum etiam, quia sicut Philosophi dicunt, quando accidens non potest inesse toti nisi ratione vnius partis, tunc ab vna parte simpliciter denominat totum: ita hic quamuis actio, v. g. non possit exerceri nisi in vna parte diei, ex eo quod prohibeatur in ea, prohibetur per diem, & proportionali modo per mensem, vel annum: atque ita totum tempus suspensionis vel prohibitionis continuum est.

Tertium dubium est, quando vel quomodo terminetur tempus in suspensione prescriptum. In quo in primis dicendum est, ad minimum necessarium esse, ut postremus dies assignati temporis attingatur, ita ut si suspensio fit per mensem, ut in c. i. de sentent. excommunc. in 6. durabit vsque ad vltimum diem mensis: si per annum, ut in cap. i. de sentent. & re iudic. in 6. vsque ad vltimum diem anni: & sic de aliis. Et ratio est, quia vsque ad illum diem non est completum illud tempus. Dubitari vero solet, an dies ille debeat computari inclusiue tanquam terminus intrinsecus, vel exclusiue tanquam terminus extrinsecus; vel (quod idem fere est) an ille postremus dies debeat totus integerque in illo tempore computari, vel sufficiat illum attingisse. In quo aliqui

Fr. Suarez tom. 5.

simpliciter affirmant debere totum illum diem integrum includi in tali tempore: alii vero putant sufficere attingisse illum: alii distinguunt, nam si per accusatorium fertur suspensio, ut sit suspensus per annum, diem integrum debere computari, quia significatur tempus completum; si vero feratur in ablatiuo, ut, sit suspensus hoc anno, significari tempus incompletum & ideo satis esse attingisse postremum diem.

Dicendum tamen est, quocunque modo feratur, significari tempus completum: quia suspensio includit negationem & prohibitionem: quod autem prohibetur fieri, siue hoc die, siue per hunc diem, pro toto die completo prohibetur: quia negatio totum destruit: ita ergo in presenti suspensio vnius mensis, aut anni, aut triennij, quibuscunque verbis feratur, complete durat pro tota illa mensura significati temporis: & illa completa finitur. Computatio autem fieri debet ab eo puncto in quo fit delictum, vel sententia pronuntiatur vsque ad proportionalem horam, in qua dies naturalis, mensis, vel annus completur, siue illa sit prima pars alterius mensis, vel anni naturalis, siue media, siue vltima eiusdem: hæc enim omnia ad moralem computationem accidentaria sunt.

Sed hic occurrit quartum speciale dubium de mensibus, quorū dierum computandi sint: an triginta vnius dierum: quia plures menses tot dies habent, vel tantum viginti octo: quia pœne sunt restringendæ; an triginta, quia est numerus medius, & quia vulgari modo ita mensis recipitur: an triginta dierum cum dimidio, quia est duodecima pars anni. In qua variis sunt, & excogitari possunt dicendi modi, quos omitto, quia res videtur parui momenti. Et breuiter assero, si suspensio tantum sit vnius mensis, probabile esse triginta dies nomine mensis significari. Quod tenuit Ioan. Andr. in cap. Quam sit, de electione in 6. ad Glossam verbo, Mensem, & habet fundamentum in iure ciuili, l. Miles, §. Quidam, ff. Ad legem Iuliam, de adult. Et rationes factæ sunt probabiles, & alii modi non sunt verisimiles. Quia illa mathematica partitio anni, quæ fit in vltimo dicendi modo, extra communem loquendi modum, & extra rem moralem est, & vix posset exacte fieri. Alii vero duo primi modi nimium augent vel minuant numerum sine fundamento. Adde vero etiam alium modum computationis esse probabilem, ut scilicet considerato dies mensis, in quo fit delictum vel suspensio inchoatur, tot dies in sequenti mense sumantur ad complendam mensis suspensionem, quot ex precedenti transacti fuerant, quando incepit suspensio, sicut enim complebitur mensis integer secundum ordinariam mensium diuisionem: nec videtur posse certius computari. Maxime quia talis lex vel sententia loqui videtur de proximo subsequente mense. Solum potest ob stare, quia sequitur, mensem suspensionis semper esse tot dierum, quot habuerit mensis in quo fit delictum, & consequenter suspensionem esse maiorem vel minorem, solum quia sententia profertur, vel delictum fit in diuerso mense. Sed hoc accidentarium est, & ideo nullum est inconueniens: maxime cum excessus tam paruus sit, ut moraliter non computeetur. Vnde in simili Iuristæ dicunt, mādatum datum ad aliquid intra mensem agendum esse illo modo computandum, ut patet ex Glossa citata in dict. cap. Quam sit. Adde vero, si suspensio sit duorum mensium, probabilem esse alterum saltem computandum esse triginta vnius dierum, argument. l. Lex, ff. de regul. iur. quia semper ita sibi succedunt. Si vero sit suspensio triū, vel plurium mensium, vnius quidem computari poterit altero ex modis supra dictis, intermedij vero iidem sumendi sunt, quia naturaliter succedunt, quia hic est communis sensus, & loquendi modus: sicut etiam suspensio sex mensium intelligitur esse dimidij anni integri, prout menses succedunt à die

Qg 3

inchoat

Dubii enodatio.

Dub. 4. De computatio. mensium.

Conclusio.

Ioan. Andr.

Glossa.

inchoatę suspensionis, argumento cap. Licet, de sup-
plend. neglig. Pralat.

⁶
Dub. 5. De
computatio-
ne anni in
annuali sus-
pensione.

De Anno
bissextili.

Syluest.
Abbas.
Glossa.

⁷
Coroll.

Cap. Quasi-
uit, de verb.
sign. obli-
tur. & ex-
ponitur.

Hinc facile definitur quintum dubium simile
quando pœna est vnius anni, quomodo computan-
dus annus sit. Dicendum est enim, ex quacumque
parte anni suspensio inchoetur tantam partem ex
sequenti anno adiungendam esse, quanta ad com-
plendum integrum annum, id est, ex trecentis sexa-
ginta quinque diebus constantem sufficiat. Sed quid
de anno bissextili, qui habet trecentos sexaginta sex
dies, est ne eodem modo computanda suspensio in
illum incidens? De hoc multa Summistę in verbo,
Suspensio, & in verb. Abbas, & iuristę in cap. Quasiuit
de verbor. signific. & in l. Cum heres, §. Siichus, ff. de
statu liberis. Communis tamen sententia est, in hu-
iusmodi rebus odiosis, & pœnalibus diem illum nō
computari neque in anno, neque in mense: itaq; si
quis annalem suspensionem per trecentos sexaginta
quinque dies seruet, in altera die iam poterit ce-
lebrare, etiam si ille dies, non sequentis anni, sed e-
iusdem computetur. Sic enim dicitur in dict. §. Si-
ichus, si seruo libertas concedatur sub conditione si
per annum seruerit, illud non esse intelligendum de
anno bissextili, sed de anno trecentorum sexaginta
quinque dierum. Sic ergo in presenti dicendum est.
Atque ita sentit Syluester verbo, Abbas, nu. 5. & verb.
Suspensio, numer. 5. in fine, cum Abbate, & aliis quos
refert, & cum Glossa in cap. 1. distinct. 55. Quę sen-
tentia confirmatur, nam quando suspensio vnius
anni in pœnam imponitur, intelligitur de anno cō-
muni & ordinario, nō de extraordinario, tum quia
hic est frequentior modus loquendi de anno: tum
etiam, quia in pœnis interpretandis benigniori sem-
per interpretatione vtimur: sed annus bissextilis
extraordinarius est, alius vero communis, & ordi-
narius.

Vnde consequenter fit, si alicui pœna suspensio-
nis mense Februario imponatur, & contingat men-
sem illum in anno bissextili euenire, expletis vigin-
ti octo diebus absolui suspensionem, & die vigesi-
mo nono iam ei licere eas actiones exercere, a qui-
bus suspensus erat. Et pari ratione, si suspensio erat
trium, aut plurium mensium in vltimo die vltimi
mensis iam non erit talis suspensus, quia eadem est
proportio plurium mēsum ad vltimum diem, quā
totius anni, ad vltimum diem anni. Et ratio vtrobi-
que est, quia dies ille vigesimus nonus, qui interpo-
situs fuit, vicem vltimi suppleuit. Quod si obijcia-
tur prædictum cap. Quasiuit, vbi dicitur, duos illos
dies anni bissextilis quali pro vno reputari: Respon-
detur omnis alius interpretationibus, disjunctiue,
non coniunctiue id esse intelligendum, id est, iuxta
materiam, de qua ibi agebatur, vt in altero eorum
possit festum sancti Matthię celebrari, quali pro eo-
dem reputari, non vero copulatiue, vt in vno & al-
tero debeat festum illud celebrari, ac si esset vnus
tantum. Et simili modo, si alicui esset impositum o-
nus ieiunandi vltimo die Februarij, posset tunc in
vno vel altero illorum dierum ieiunare & implere
obligationem, quia hoc modo pro vno reputatur:
quia vnus eorum tūc de facto est vltimus, alter ve-
ro est vltimus mensis ordinarij. Non vero tenere-
tur illi ieiunare vtroque die, eo quod pro vno re-
putentur, quia hoc modo, scilicet coniunctim, non
vere pro vno reputantur, nam reuera sunt duo dies
distincti, & in eis multiplicantur ieiunia. Vnde,
quando pars quadragesimę in eum mensem bissex-
tilem incidit, vterque dies per se numeratur ad cō-
plendum quadragesimum numerum. Et eodē mo-
do recte dicunt communiter Doctores, quando ali-
quid præcipitur, vel conceditur fieri intra certum
terminum dierum, tunc semper illos dies pro duobus
computari, quia reuera duo sunt. Sic ergo in
præsenti, quoad durationem suspensionis hi duo
dies non coputantur pro vno, sed pro duobus, nec

A pro vtroque copulatiue, seu coniunctim durare de-
beat. An vero in gratiis, seu rebus fauorabilibus,
quando per mensem, vel annum conceduntur, ita
computari possint, alterius est considerationis.

Dices, Si illi duo dies disjunctim pro eodem cō-
putantur, ergo ei, qui per mensem Februarij suspen-
sus est, licitum erit eo mense bissextili non serua-
re suspensionem die vigesimo octauo, sed vigesimo
nono, vt alteruter eligi possit. Respondetur, negan-
do sequelam; illud enim intelligendum est, nisi a-
liunde aliquid speciale obstat: hic autem obstat,
quia tempus ad suspensionem præscriptum intelli-
gitur debere esse continuum: hæc enim est commu-
nis iuris intelligentia, vt generatim tractauit Iason
in l. Contra maiores, C. de inofficioso testamento, num-
mer. 6. & ideo ne interruptatur suspensio, non li-
cebit tunc diem vigesimum nonum pro vigesimo
octauo accipere. Sicut etiam, si suspensio sit annua-
lis, non licebit in illa die vigesima nona eam non
seruare, eo quod in illo anno pœnali (vt sic dicam)
illa non computetur; nec numerum dierum eius
augere debeat: habere enim locum hæc rationes,
nisi necessaria continuitas suspensionis obstat: &
ideo exceptio illius diei semper in vltimum diem
anni, vel temporis præscripti referuatur. Sicut etiā
ob causam proportionalem, quamuis illi dies pro
vno computentur, non est licitum die vigesimo se-
ptimo Februarij ieiunare, & die vigesimo nono fe-
stum sancti Matthię celebrare, vt traditur in dicto
cap. Quasiuit, quia obstat coniugitas, vt sic dicam,
necessaria inter vigiliam, & festum, inter quę nun-
quam licet diem interponere, nisi dies Dominica
intercedat.

Sed dices tandem, Quamuis dicta resolutio ve-
ra sit, quando suspensio vnius anni, vel mensis in
communi ponitur, vt est in his quę sunt à iure: ta-
men, si suspensio sit ab homine, & signatim im-
ponatur pro futuro mense Februarij, vel pro futuro
anno, qui bissextilis est, tunc non habere locum in-
terpretationem positam, quia iam sermo est de tali
mense, vel anno in particulari. Respondetur, si satis
constaret de mente præcipientis, scilicet cogitasse
illum de anno bissextili, & aduertisse talem esse ei,
de quo loquitur, & voluisse pro toto illo suspēde-
re, tunc certum est ita esse seruandam suspensionem:
nam potest iudex ita obligare: vnde, si de eius men-
te constet, non est dubium, quin obliget. At vero, si
de hoc nihil speciale constet, & alias verba senten-
tię sint generalia vnius anni, vel mensis, quamuis
dicatur, primi sequentis, anni vel mensis, iuridice erunt
interpretanda iuxta benigniorem sensum, vt scilicet
sermo sit de proximo anno sequente ordinario,
vt explicatum est.

Sexta dubitatio circa hoc punctum esse potest,
quando aliquis non seruauit suspensionem toto an-
no, vel mense sibi præscripto, quando & quomodo
finiatur tempus talis suspensionis. Tres enim modi
dicendi excogitari possunt. Primus est, vt, ex quo sic
suspensus suam prohibitionem definito tempore
continuo non seruauit, iterum inchoare debeat sus-
pensionem, & seruare illam toto præscripto tempo-
re, neque in illo computanda sit pars illa temporis,
in quo suspensionem seruauit. Ratio esse potest, quia
tempus suspensionis debet esse continuum, vt dixi-
mus: & ideo si semel interruptatur suspensio, non
potest prius tempus cum posteriori coniungi, sed
debet iterum suspensionis tempus inchoari. Sicut de
anno probationis ad profersionem requisito, vt ex
communis sententia, & praxi testatur Nauarrus con-
silio 29. de Regularibus: sic ergo propter rationis
paritatem videtur in præsentī dicendum. Secundus
modus dicendi esse potest, tempus quidem illud, in
quo, & pro quo non seruatur suspensio, non com-
putari, nec deferuere, vt expleatur tempus suspen-
sionis impositę: tamen, si post illud suspensio serue-
tur.

Secl. I. De Ablatione suspens. pro certo tempore, &c. 463

enr, debere hoc posterius tempus cum priori con-
iungi ad complendum suspensionis tempus, vt ver-
bi gratia: si quis per annum suspensus, post sex men-
ses obseruat suspensionis per vnum, aut duos illam
violauit celebrando, &c. satisfaciatur, si postea sex ali-
os menses se abstinere, &c. sic compleat suam suspensio-
nis tempus: minori enim tempore non poterit satis-
facere suae obligationi, cum ea sit vnus integri anni.
Quod vero hoc sufficiat, patet, quia, licet temporis
continuitas sit per se loquendo necessaria, vt debito
modo impleatur suspensio, non est tamen ita neces-
saria simpliciter, vt si aliquo casu, vel culpa interrup-
ta sit, eam de nouo inchoare oporteat: esse enim
grauissimum onus, & quoddam poenae augmentum,
quod nullo iure ostendi potest.

Tertius, & melior dicendi modus est, suspensio-
nis tempus continue fluere, ex quo inchoatum est,
nec interrumpi propterea quod sit suspensus, vel
casu aliquo, vel etiam ex malitia aliquid faciat con-
tra prohibitionem ei factam: sed praescripto tempo-
re finiri, licet interim non seruetur. Explicatur, quia
effectus proximus & immediatus suspensionis non
est ipsa realis priuatio actionum, vel rerum: haec
nimis saepe pendet ex voluntate ipsius suspensi, cum
tamen ipsa suspensio ab illa non pendeat, sed imme-
diatus effectus suspensionis est obligatio ad se absti-
nendum ab illis actionibus, vel etiam inhabilitas, &
incapacitas earum, quantum ab Ecclesia vel fieri po-
test, vel intenditur. At haec obligatio, vel inhabilitas
continue manet in homine suspenso, etiam si ipse vi-
olet suspensionem: cuius signum est, quia in eo, quod
non seruat, grauitur semper peccat, vel etiam irre-
gularis efficitur, si actio est ad illum effectum accom-
modata, vel si sit actio pendens a iurisdictione, &
suspensio sit ab officio, est nulla: ergo suspensio ipsa
semper ac continue durat, quantumuis suspensus
contra illum agat. Ex quo ulterius fit, vt praescripto
tempore finiat: quia non plus durat, nec plus ope-
ratur, quam fuerit imponentis voluntas. Qui abso-
lute illud tempus determinat, neque addidit con-
ditionem, vt si suspensionem violauerit, longiori tem-
pore protrahatur suspensio: non est ergo cur nos il-
lam adiungamus. Praesertim cum alie poenae vel im-
positae sint ipso iure, vel imponi possint a superiore
violantibus suspensionem.

Quapropter finito illo suspensionis tempore, non
tenetur ille, qui suspensus fuit, tot diebus, aut vici-
bus a suspensionis actibus abstinere, quod illos male
exercuit dum fuit suspensus, quia prohibitionis tem-
pus finitum iam fuit, sicut non tenetur quisquam,
quasi per modum restitutionis exercere postea actum
praecipuum, vel omittere prohibitum, quando id
non seruauit pro eo tempore, pro quo latum erat
praecipuum, vt qui non ieiunauit in Quadragesima,
non tenetur postea ieiunare: vel qui vno die horas
canonicas omisit, non tenetur alio eas repetere: quia,
quando praecipuum designat tempus, vt in eo ter-
minetur obligatio actus, extra illud non obligat, imo
nec impleri potest, vt attigit Innocentius in cap. primo
de Celebratione Missar. & Syluester verbo, *Ieiunium*, num. 22. & alibi latius diximus. Solum est
aduertenda obligatio restitutionis, quae interdum
manet ratione rei acceptae, aut male acceptionis,
quae in praesenti locum habet in suspensione a bene-
ficio: nam, si quis eo tempore, quo suspensus fuit a
beneficio, accipit fructus, vel aliquam partem eo-
rum respondentem cum proportionem alicui parti il-
lius temporis, tenebitur postea ad restituendos illos
fructus, vel si aliter restituere non potuerit, tenebi-
tur tanto tempore abstinere a perceptione fructu-
um, quando oportuerit ad illum effectum: illud
tamen non est, quia suspensio duret, sed
quia obligatio ad restituendum
manet ex re iniuste
vfurpata.

Quando suspensio tollatur per dispen- sationem.

Dico secundo, Suspensio ad certum tempus, vel
etiam in perpetuum explicite lata, per dispensa-
tionem Superioris tolli potest nondum elapso ter-
mino, vel licet illum non habeat. Prior pars certa est
& communis. Et ratio est, quia temporis designatio,
pro quo suspensio fertur, solum hoc operatur, vt talis
poena tanto tempore duret, si nulla causa superi-
or impediens, seu auferens illum intercedat, sed suo
veluti ordinario cursui relinquatur: non tamen fa-
cit vt talis poena pro eo tempore irremissibilis sit,
neque auferat a Superiore potestatem soluendi sub-
ditum a tali poena. Altera pars de perpetua suspensi-
one eadem ratione cum proportionem applicata, pro-
batur potest: & quia in hoc differt talis suspensio a de-
positione verbali, vt infra dicam, ergo saltem per
absolutionem, vel dispensationem tolli potest.

Dico ergo tertio, Suspensio simpliciter lata pro-
pter delictum commissum absque vlla adiecta con-
ditione, vel temporis designatione, potest per abso-
lutionem tolli. Haec etiam sententia certa est, & con-
stat ex vfu, & ex ratione paulo antea facta, & ex na-
tura, seu institutione suspensionis: est enim talis poe-
na, vt non sit positum perpetua, seu irremissibilis. In
quo inter alia differt a depositione, & degradatione.
Ergo suspensio haec per aliquem modum auferri po-
test: non auferitur autem per solum lapsum temporis,
quia nullum habet designatum ex vi formae. Ex-
plicandum vero superest quis possit hanc gratiam
concedere. In quo solum fere necesse est applicare
dicta de censuris in communi, distinguendo sus-
pensionem a iure vel ab homine, in ordine ad pote-
statem ordinariam, vel delegatam. Et quidem de
potestate delegata hic nihil dicemus, quia vt est ab
homine non cadit sub scientiam, vt vero esse potest
per privilegia, sufficiunt dicta de censuris in com-
muni, & (Deo dante) in Tomo de Religione plura
dicemus. De Suspensione item lata ab homine in pu-
ram poenam certum est, ab illo solo tolli posse, qui
illam tulit, vel superiore, vt est communis sententia
Doctorem in cap. *Tam lueris*, de Testibus, & Summi-
starum verb. *Suspensio*, & Antonin. tractatu de Sus-
pensione, Nauarrus capite vigesimo septimo, num.
262. & parebit a fortiori ex dicendis: solum itaque
de ordinaria potestate, & suspensione a iure restat
dicendum.

Quis possit suspensionem a iure in poenam, latam auferre.

Dico ergo quarto, Suspensio a iure lata, siue per-
petua, siue ad certum tempus, tantum ab au-
thore canonis ante tempus elapsum dimitti potest.
Ita Glossa in cap. *Cupientes*, §. *Ceterum*, verb. *Suspensio*,
de Election. in Sexto, Abbas, cap. *Tam lueris*, 33. de
Testibus, numero quarto, & cap. secundo, de So-
lutionibus, Felinus, & alij infra citandi. Ratio est,
quia tunc suspensio sumitur absolute ac definite, vt
pura poena in vindictam delicti commissi: poena au-
tem sic imposita a Superiore perpetua est, seu stabi-
lis, & durante eadem voluntate Superioris: ergo
per illam solum, & non per inferiorem auferri po-
test. Confirmatur, Nam si talis suspensio fertur ad
certum tempus per illam designationem auctor il-
lius iuris declarare voluit, vt ante illum terminum
non auferretur: atque ita virtualiter reseruauit, ne
in illo tempore ab alio inferiore auferretur. Quan-
do vero auctor canonis sibi reseruauit absolutionem,
siue tacite, siue expresse, nullus inferior potest ab-
soluere iuxta cap. *Nuper*, de sentent. excommuni.
Accedit, quod, si talis poena ante elapsum termi-
num ab ordinario Episcopo tolli posset, facile con-
temneretur, & delicta pro dignitate non puniretur.

Q9 4

Quarta

Quam rationem attigit Glossa, in capit. *Cupientes*, §. A
Ceterum, de Electione, in sexto verbo, *Suspensos*.
 Quam adeo efficacem esse censeo, ut propter illam
 existimem neque ipsum Summum Pontificem, seu
 auctorem canonis, debere facile a tali suspensione
 absolueri: neque licite id facere posse absque ratio-
 nabili causa, sicut dici solet de dispensatione in suis
 legibus: quia eadem est utriusque ratio: & quia ad
 bonum commune id maxime expedit. Rursus utraque
 ratio cum proportionem applicata locum
 habet in suspensione perpetua: nam etiam illa po-
 na facile contemnetur, facile fit statim absolutio-
 nem eius obtinere. Imo in minori estimatione
 haberetur quam suspensio lata ad certum tempus, si
 hæc tantum a legislatore, illa vero a quolibet ordi-
 nario auferri posset, cum tamen suspensio perpetua
 grauior poena sit, quam ad certum tempus. Vnde
 etiam hic habet locum altera ratio: quia ius inferens
 suspensionem, & declarans illam esse perpetuam,
 tam immutabilem vult esse, sicut ipsum ius: atque
 ita virtute includit reservationem, ut a nemine tol-
 li possit, nisi ab eo, qui tale ius potuit condere, vel
 auferre.

16
 Quod sit
 discrimen
 inter ablati-
 onem sus-
 pensionis &
 excommuni-
 cationis ad
 tempus lata.
 Responsio.
 quorundam
 reuocatur, &
 vtra resolu-
 tio inculca-
 tur.

Sed obicitur contra utramque partem, nam ex-
 communicatio ad tempus lata potest ante illud
 tempus expletum per quemcumque ordinarium
 Episcopum auferri: ergo & suspensio: par enim est
 utriusque ratio. Et in vniuersum, quando auctor ca-
 nonis sibi non reservat absolutionem censuræ, eam
 concedere videtur inferiori Pastori ordinario ca-
 pitul. *Nuper*, de Sententia excommunicationis: ergo
 idem dicendum est de hac suspensione. Ad priorem
 rationem Couarruias in Epitom. quarti. Decreta-
 lium, secunda parte, capite sexto, in principio, nu-
 mero decimo sexto, refert & sequitur communem
 opinionem Canonistarum, cum Glossa in Clementi-
 na prima, de Decimis, verb. *Donec*, quæ dato ante-
 cedens de excommunicatione ad certum tempus
 lata, negat idem sequi de hac suspensione, nullam
 tamen differentiam rationem assignat; neque, si pro-
 prie fiat comparatio, assignari posse existimo. Aut
 enim loquuntur proprie de excommunicatione
 maiori, & sic repugnat excommunicationem ferri
 ad tempus: supra enim ostendimus ita esse proprie
 censuram & medicinale poenam, ut nunquam
 ferri possit in puram vindictam delicti commissi,
 sed ob contumaciam. Vnde solum potest habere
 pro termino recessum a contumacia. Idemque cen-
 seo de excommunicatione minori, pro veniente in
 usu Ecclesiæ, ut supra dixi: quia ne no priuatur usu
 omnium sacramentorum, etiam poenitentia, si per
 illum non stet, quominus absoluat. Si autem ex-
 communicationem vocent quæcumque prohibi-
 tionem, quæ fit de solo usu Eucharistiæ, vel alterius
 sacramenti, ferri quidem potest ad certum tempus,
 ut in cap. *Nemo*, de Consecratione, distinctione pri-
 ma, cum similibus: & finito tempore, ipso iure tolli-
 tur seu cessat, sicut suspensio, & ante illud tempus
 expletum, si sit lata à iure, à nemine tolli poterit, nisi
 ab auctore eiusdem iuris, propter easdem rationes,
 quas de suspensione adduximus, nisi fortasse ob le-
 uitatem rei aliter interdum sentiendum sit, quod et-
 iam in suspensione locum habet, ut statim dicemus.
 Nulla est ergo differentia. Negandum ergo est ante-
 cedens cum proportionem sumptum.

17
 Satis si ra-
 tionem sum-
 ptæ ex c. Nū-
 per, traden-
 turque disse-
 ruitur sus-
 pensionem
 poenalem,
 & excomm.

Ad capitulum, *Nuper*, & rationem ex illo sum-
 ptam, respondent Panormitanus, & alij authores
 citati ibi esse sermonem de excommunicatione, de
 qua non est eadem ratio, tum quia in illa maius ver-
 titur periculum, & ideo facilius conceditur, tum
 quia illa poena medicinalis est, & non absolute im-
 ponitur ad certum tempus, sed donec quis resipi-
 scat. Ex quo nascitur alia differentia, quod illa tolli-
 tur per absolutionem: hæc autem suspensio, de qua
 agimus, non potest tolli, nisi per dispensationem.

Inter quas est magna differentia notanda, quam a-
 libiliter explicui, quod absolvens ut sic non dat
 aliquid contra ius, sed potius exequitur ius, per se
 loquendo, ut recte ait Glossa dicto capitulo, *Cu-
 pientes*, & Panormitanus supra, & fecit capit. *Qua
 fronte*, de Appellationibus, quatenus disponit, ex-
 communicationem esse tollendam eo ipso quod a
 contumacia receditur. Dispensans vero ex parte di-
 minuit ius: & ideo solet dici dispensatio, *vulneratio
 iuris*, absolutio autem potius est iuris executio. Et
 ideo non valet argumentum ab absolutione ad dis-
 pensationem, ut quia in absolutione intelligitur
 concessum, quod non reservatur, idem de dispensa-
 tione censendum sit, Igitur capitul. *Nuper*, loquitur
 de absolutione ab excommunicatione, & ad sum-
 mum extendi potest ad suspensionem, & interdi-
 ctum, quatenus sunt propriæ censuræ, & per abso-
 lutionem propriam tolluntur: non vero ad suspen-
 sionem pro certo tempore latam, quæ non est cen-
 sura, nec potest per absolutionem, sed per dispensa-
 tionem tolli, ideoque natura sua est reservata, nisi
 expresse concedatur.

Hinc vero oritur dubium, an idem dicendum sit
 de suspensione lata pro delicto tantum præterito,
 inde finite tamen, & sine temporis determinatione,
 neque cum determinatione perpetuitatis, sed abso-
 lute. Nam de hoc est controversia, an sequatur condi-
 tionem censuræ, vel puræ poenæ. Panormitanus
 nim in capitul. *Tam literis*, quem ibi sequitur Felinus,
 censet etiam ab hac non posse absolueri Epi-
 scopum, nisi positius concedatur, nec esse satis ut
 non referatur. Ratio eius est, quia est perpetua
 ex intentione ferentis, ideo enim illam absolute, &
 sine vlla conditione, vel restrictione fert. Item talis
 poena intelligitur ferri secundum ius, & poena inde-
 finite lata in iure, censetur perpetua, Leg. *Siquis
 Codic. de Poenis*, notat Glossa in cap. *Si autem*, de
 Cohabit. clericor. & mulier. & multa ad hoc con-
 gerit Felinus in cap. *Ex literis*, de Constitution. nu-
 mero vnde decimo, & sequentibus. Item habet hinc
 cum ratio supra tacta, quod talis poena grauior cen-
 setur quam suspensio lata ad certum tempus, & quæ
 difficilius tolli possit. Confirmatur, quia generalis
 regula est, suspensionem, quæ non est pro contuma-
 cia, non posse tolli ab inferiori, ut tradunt omnes
 Summistæ verb. *Suspensio*, Nauarrus capite, vigeli-
 mo septimo, numero 162. qui alios refert, & plures
 referam sectione sequent. Contrariam sententiam
 tenuit Glossa in Clementina prima, de Hæret. verb. *Ex
 Excommunicationis*, distinguit enim inter suspensio-
 nem latam ad certum tempus, vel indefinite, & de
 priori docet sententiam traditam; de posteriori di-
 cit sequi conditionem censurarum, posseque ab E-
 piscopo tolli eo ipso quod non reservatur: quam
 absolute postea sequutus est idem Panormitanus in
 capitul. *Quam sit*, de Excessib. Prælatorum in fine. *Alia.
 Et idem sentit Innocentius in capitulo secundo, de
 Solutionibus*. Vbi huiusmodi suspensio indefinite
 fertur, & putat esse concessam Episcopo eo ipso
 quod non reservatur. Et multa alia sumi possunt
 pro hac sententia ex Felino supra, & Couarruias,
 qui eam sequitur in secunda parte quarti Decreta-
 lium, capite sexto, in principio numero decimo
 quinto. Ratio eorum esse videtur, quia talis sus-
 pensio differt ab ea, quæ positius fertur perpetua: ergo
 in hoc maxime differt, quod ex intentione sus-
 pensio non fertur, ut perpetuo duret, sed ad iu-
 stum arbitrium superioris: ergo hoc iudicium eo ipso
 quod non reservatur Papæ, censetur commissum
 Episcopo.

Mihi hæc posterior opinio videtur practice ve-
 ra, quamuis censam, cum priori opinione distin-
 ctionem datam esse formalem, scilicet, suspensio-
 nem latam in puram poenam non posse tolli ab in-
 feriori, nisi concedatur; latam vero ob contuma-
 ciam

18
 Quæ sit
 auctoritas
 pro delicto
 præterito
 simpliciter
 latam
 Felinus
 Panorm.

19

Nauar.

20

Glossa

Alia

de Innocent.

Couarr.

19

Quæ sit
 auctoritas
 pro delicto
 præterito
 simpliciter
 latam
 Felinus
 Panorm.

tiam posse eo ipso quod non referuatur, vt infradicam. Dico autem suspensionem indefinite latam propter delictum commissum regulariter ferri pro contumacia, argumento capit. *Ex literis*, de Constitutione, & quæ ibi notat Innocentius, & alij, & id eo tunc non censetur perpetua, vt dicitur in dicto capit. *Ex literis*, poteritque sine dispensatione tolli, si persona sufficienter disponatur, & Ecclesia satisfaciatur, ideoque sequitur regulam capit. *Nuper*, quia re vera per absolutionem tollitur. Si autem contingat suspensionem pro crimine ferri simpliciter in puram vindictam, tunc re vera esset perpetua, & non posset tolli per inferiorem propter rationem prioris sententiae. Vix autem credo reperiri in iure similem suspensionem, & Couarruias supra pro regula ponit, suspensionem indefinite latam censeri restrictam ad tempus pro quo durat contumacia, & fauet non parum dict. capit. *Ex literis*. Nec etiam ab homine colligi poterit ex qualitate delicti, quod non solet esse dignum perpetuae suspensionis, imponitur tamen sine certo termino, vt aliqua specialis satisfactio, vel emendatio à suspensio exigatur prius quam suspensio tollatur: & ideo talis suspensio regulariter censetur habere conditionem illius, quæ pro contumacia ponitur. Vnde Abbas in dict. capit. *Ex literis*, fatetur suspensionem simpliciter à iure latam sine temporis determinatione, sepe ferri pro contumacia, nam imponitur sub hac forma, *Si hoc feceris, suspensus sis*, vel æquivalenti, quæ sine dubio potest habere dictum sensum, sicut habet in excommunicatione, vel interdicto. Addit præterea idem Panormitanus, quando forma verborum dubia fuerit, præsumendum esse latam esse pro contumacia, quia in ponis benignior est interpretatio adhibenda: est autem benignior poena medicinalis, quam vindictiua, ceteris paribus, vt per se constat. Ergo cum illa forma indifferens sit, si aliunde non satis constiterit legislatorem aliud voluisse, præsumendum est concessisse illius poenæ relaxationem Ordinariis Prælatiis, quando illam non referuauit iuxta conditionem poenæ medicinalis. Quin potius addo, etiam suspensionem hanc, quæ interdum videtur ferri pro delicto commissio, non ferri sine ordine ad futuram satisfactionem vel emendationem, licet non exprimitur, & in hoc sequi conditionem suspensionis pro contumacia: & in dubio ita esse interpretandam, nisi aliud ex circumstantiis constet. Et possumus ad hoc induci capit. *Si quis Episcopus damnatus*, & capit. *Thogualdum*, vnde decima, quæstione tertia, ubi prius fertur suspensio absoluta & indefinita, postea vero additur, *Si quis fuerint aliquid de suoministerio contingere, nullo modo liceat eis habere spem remissionis, nec locum satisfactionis* Vbi clare significatur priorem poenam latam esse sub spe remissionis sub tacita conditione, si exhibeatur debita satisfactio. In hoc ergo dicimus esse similem suspensioni pro contumacia, ac proinde non esse referuatam, nisi formaliter referuatur. Cuius etiam magna coniectura est, quia interdum hæc suspensio referuari solet, vt in dict. c. *Tam literis*, de Testib. ubi, *Donec mereatur nostram indulgentiam obtinere*, & tamen fuerat suspensio ab officio & beneficio simpliciter lata pro crimine iam commissio. Ad exigendam ergo acerbiorē poenitentiam & satisfactionem illius, & vt suspensio difficilior tolli posset additur illa conditio: si ergo non esset addita, non esset referuata, sed subintelligenda fuisset similis conditio in ordine ad proprium Episcopum.

Ex dictis inferre licet, prædicta locum habere in suspensionibus non solum latas ipso iure, sed etiam ferendis secundum ius. Vt verbi gratia, si pro-

pter aliquod delictum lex præcipiat imponi suspensionem triennalem (vt capit. *Cum inhibitis*, §. *penam habere*, ultimo de clandest. desponsat.) non poterit Episcopus illam imponendo minuire, nec in illa imposita dispensare, vt recte Couarruias supra prosequitur. Quia non potest inferior iudex dispensare in lege superioris, nec absolvere reum convictum à poena legis; vt enim ait Papinianus, *Facti quæstio in arbitrio est iudicantis, poenæ vero prosecutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati referuatur*. Leg. prima. Digest. ad Senat. consult. Turpil. & Gratianus secunda, quæstione tertia, post capitulum. *Si quem*. Tradit etiam Dñus Thomas secunda secunda, quæstione 70. articulo quinto, quæstione 67. articulo quarto. At vero si lex canonica solum præcipiat indefinite suspensionem ferendam in eum, qui tale delictum commisit, integrum erit iudici dum illam fert, pro tanto vel tanto tempore illam taxare; & tunc posset etiam idem iudex (vt opinor) illam postea minuire, quia non esset dispensare in lege, sed in sua sententia, vnde inferior illo, vel extraneus id non posset. Et eadem ratio si indefinite suspensionem tulisset, sicut lex designat postea illam posset ad certum tempus limitare, vel post aliquod tempus auferre. Quia intentio legis sic designantis suspensionem, non est vt ex vi sua perpetua positue, & immutabiliter imponatur; hic enim nimius rigor est, qui nec per talem legem explicatur, nec solet esse accommodatus qualitati delicti: recte ergo hæc indefinita suspensio quoad suum terminum iudicium iusto iudicio subordinata censetur.

Denique circa aliam regulam addunt communiter Doctores limitationem, scilicet Episcopum non posse suspensionem à lege taxatam pro delicto commissio tollere, nisi delictum sit ex illis, in quibus Episcopus potest dispensare, nam si potest dispensare in crimine à fortiori in poena legis; neque enim maior iurisdicção ad vnum, quam ad aliud requiritur. Imo dispensare in crimine si iam crimen commissum est, nihil aliud esse potest, quam dispensare, vel relaxare poenam propter crimen impositam, aut imponendam: si vero nondum est crimen commissum, nihil aliud erit dispensare in illo, quæ dispensare in lege; vt quauis non seruetur, crimen non committatur: qui autem hoc modo potest in lege dispensare, poterit etiam dispensare in poena, ac relaxare illam. Habet autem hoc locum (vt bene dicit Abbas) solum in casibus Episcopi concessis. Quia autem sint illi casus, tractatur ab ipso & aliis in capit. *At si clerici*, §. *De adulteris*, de iudiciis: & frequentius docetur non posse Episcopum simpliciter dispensare in legibus Pontificiis, aut Conciliorum, nisi ei concedatur, vt etiam Couarruias notauit in dicto numero 15. & videri potest Glossa in capit. *In quibusdam* de Poenis, & ibi Doctores, Innocent. cap. *Delictus*, de Tempor. ordin. 10. d. §. *De adulteris*. numer. 3. Ex hac vero limitatione colligitur, posse nunc Episcopum absolvere in omni huiusmodi suspensione contracta ipso facto, & ad forum contentiosum non deducta, dummodo occulta sit: nam hoc ei conceditur in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. de Reformat. De quo decreto alia essent nobis dicenda, sed ea referuamus in materiam de irregularitate, quia de illa principalis ibi sermo est. Tandem limitari solet dicta sententia ad eas suspensiones, quæ propter grauiora delicta incurruntur: quod eatenus verum esse censeo, quatenus in aliis criminibus leuioribus Episcopus solet dispensare, & hoc ei in iure conceditur iuxta dictum cap. *At si clerici*, §. *De adulteris*. atque ita limitatio hæc sub prima generali continetur.

Occurrebat hoc loco dicendum, an per priuilegia absoluentia censuris & poenis detur facultas

anferre suspensionem habere censuram secundum ius.

Papinianus.

Gratianus. D. Thom.

25

Quando Episcopus potest suspensionem à lege taxatam tollere.

Abbas.

Conc. Trid. id.

tollendi suspensionem hanc vindictuam. Nam profecto videtur consequenter dicendum non extendi, nisi in eis detur etiam facultas dispensandi. Sed quia questionem hanc in libro de Religione latius tracto, & infra de Irregularitate attingenda est, ideo illam nunc omitto.

SECTIO II.

Quomodo, & à quo tollatur suspensio, quæ ob contumaciam fertur.

¹
Suspensio ob
contumaciam
in duplici
est differen-
tia
Abbas.



Ira titulum oportet advertere, particulam illam, ob contumaciam, ambigam esse: quod notavit Abbas in cap. Ex literis, de Constitut. numer. 10. Potest enim sumi in vi vnius specifi delicti: & sic sicut fertur suspensio in puram poenam propter alia delicta præterita, ita etiam potest ferri propter contumaciam: imo quoties lex prohibet aliquid sub tali suspensione illa poena non incurritur sine contumacia seu inobedientia illius legis. Et hoc modo interdum canones considerant maiorem, vel minorem contumaciam commissam etiam præteritam ad tantam vel tantam suspensionem vel poenam imponendam, vt patet ex cap. Ex tua, de Cleric. non resident. & in Trident. sessio. sexta, capite primo de Reformatione, & session. 23. cap. 5. non ergo in præsentia sumitur hoc modo, sed pertinet ad dicta in sectione præcedenti. Aliter igitur dicitur ob contumaciam imponi cum tractu successiuo in futurum, id est, quandiu in contumacia perseveratum fuerit, vel donec ab illa recedatur: & ita nunc loquimur. Potest autem sic suspensus in duplici statu considerari. Prior est antequam à contumacia recedatur: posterior postquam ab illa disceditur, & parti, vel præcepto superioris satisfactum est. De priori statu tria videntur certa. Primum est. Durante contumacia non debere dari absolutionem huiusmodi suspensionis, regulariter, ac per se loquendo; quia est contra vigorem Ecclesiasticæ disciplinæ: & ideo in detrimentum vergit boni communis. Dixi autem, regulariter ac per se loquendo, quia interdum secundum prudentiam posset aliud expedire, personæ ac negotij circumstantiis perspectis. Secundum est, huiusmodi suspensionem, etiam in eo statu existentem posse per absolutionem tolli, ita vt factum teneat, etiam si non iuste fiat, iuxta ca. Venerabilis, §. Vbi autem, cum Glossa de Sententia excommunicationis in sexto. Tertium est, si hæc suspensio lata sit ab homine, tantum à iudice, qui illam tulit, vel à superiore tolli posse: si vero sit à iure, solum ab auctore canonis, vel à superiore, si illum habeat. Omnes hæc assertiones fere constant ex his, quæ de censuris in communi diximus.

²
Obiicitur
contra 3. con-
clusionem.
Ca. Nuper de
Sent. excomm.
in 6.

Solum circa vltimam oportet advertere, illam videri posse contrariam cuidam communi sententia, quæ asserit, suspensionem à iure latam si reservata non sit, posse ab Episcopo tolli. Quæ opinio præcipue fundatur in illis verbis cap. Nuper, de Sententia excommunicationis in sexto, quia conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non reservavit, eo ipso concessisse videtur facultatem alius relaxandi, quæ de excommunicatione ibi dicta sunt: tamen ad suspensionem extenduntur à Glossa in capitulo Captantes, §. Caterum, verb. Suspensos, de Sententia excommunicationis in sexto. Et præcipue in hac suspensione, quæ propter contumaciam fertur, eam extensionem approbant Panormitanus, & alij Doctores, tum in dicto capitulo Nuper, tum etiam in capitulo Tam literis, de Testibus, & in capitulo secundo de Solutionibus, & consentiunt etiam Summistæ omnes. Soletque probari illa extensio à pariter a-

tionis: ideo enim excommunicatio dum non reservatur auctori canonis; aliis concedi censetur, quia propter contumaciam fertur, nam ideo circumprimum satisfactionem exhibet, in communionem restituitur, vt sumitur ex capitulo Ex literis, de Constitutionibus: quando vero suspensio propter contumaciam fertur, imitatur quoad hoc naturam excommunicationis, scilicet vt exhibita satisfactio congrua, statim auferatur, argum. dict. cap. Ex literis, & cap. Quæ fronte, de Appellationibus: ergo simili ratione, sicut excommunicatio non reservata aliis concedi videtur quoad absolutionem, ita etiam suspensio: nam tota ratio illius esse videtur, vt excommunicatio auferatur quamprimum possit.

Veruntamen hæc probationes, si in rigore loquamur efficaces non sunt: quia videtur esse longe diversa ratio de excommunicatione, & de suspensione, nam excommunicationis absolutio multo magis est ad salutem animæ necessaria, eo quod excommunicatio privatur suffragiis & receptione sacramentorum, & ob hanc causam non solum Episcopo, sed etiam ordinario Parocho censetur concessa absolutio excommunicationis non reservatæ. Ad quod specialiter expendo in dict. ca. Quæ fronte, verba illa, Ne in excommunicatione decedat. At vero absolutio suspensionis non est ita necessaria, quia non privatur suffragiis, neque sacramentorum receptione, unde quod quis in suspensione decedat, per se non est aliquod spirituale incommodum: non est ergo eadem ratio de suspensione, quæ de excommunicatione: ergo propter solam paritatem rationis non recte fit extensio dict. cap. Nuper; Adde quod neque auctores videntur ausi fuisse æqualiter eam facere, nam in dict. cap. Nuper, æque fit concessio Episcopo & proprio sacerdoti: auctores autem communiter non dicunt posse Parochum absolvi ad suspensionem, sed solum Episcopum aut Vicarium eius, vt videtur in Nauarr. cap. 27. nu. 162. ergo signum est non esse parem rationem in vtraque censura; nam, si esset, cur non esset etiam æqualis extensio, & concessio; difficile ergo est ex dict. cap. Nuper hanc sententiam colligere. Alia vero capitula, Ex literis, & Quæ fronte, non melius id probant: nam ibi solum dicitur, esse absolvendum eum, qui à contumacia recedit: est intelligendum autem, vt per se constat, esse absolvendum ab habente potestatem: quis autem habeat potestatem ibi non explicatur: id autem est, quod inquirimus, eo vel maxime quod in dict. ca. Ex literis, in quo Nauarrus maiorem vim facit (fortasse quia priuationem, de qua ibi est sermo, putat esse suspensionem) in illo (inquam) cap. poena, quæ refertur, non erat à iure, sed ab homine lata, mandaturque vt absolvat, qui poenam tulerat: quomodo ergo potest inde probari, quod in suspensione à iure inferior possit absolvi ad suspensionem latam à superiore?

Accedat tandem, quod, licet inferiori concedenda esset hæc potestas, ad summum id intelligendum esset post satisfactionem exhibitam, & ablatam contumaciam: cur enim presumendum est, quando auctor canonis aliquem ob contumaciam suspendit, voluisse concedere inferiori facultatem tollendi illam suspensionem durante contumacia, cum hoc directe repugnet intentioni, quam habet in tali canone ferendo? Quæ ratio vltima mihi convincere videtur, sistendo in illo statu, de quo nunc loquimur: nam de alio post contumaciam ablatam statim dicam; & ideo absolvi, & sine limitatione proposui assertionem de suspensione lata à iure, siue reservata sit, siue non. Sententia autem communis, vt verum habeat, intelligenda erit de suspensione illa in eo statu, in quo iam à contumacia recessum est, quamvis nonnulli moderni oppositum sentiant, quod iam examinandum est.

Super-

Supereft ergo vt dicam de posteriori ftatu, ni-
mirum fi quis erat fufpenfus propter cõtumaciam,
& à contumacia recessit, fatisfactionemque con-
gruam exhibuit, à quo pofit, vel debeat abfolui. In
qua re eft prima fententia, illum nõ indigere homi-
nis abfolutione, quia ipfo facto, feu iure abfolutus
eft. Ita Innoc. in cap. Sicur, de Cohabit. cleric. & mul.
Felin. in c. Ex literis, de Conftit. n. 18. & Couarruias
in Epitome 4. Decr. 2. p. cap. 6. in princ. numer. 15. &
19. Fundamentum eft, quia hæc fufpenfio æquipa-
ratur fufpenfioni late vique ad certum terminum,
nam perinde eft limitare tempus fub determinato
numero dierum, aut menfium, vel fub certa aliqua
condicione quæ licet non ita determinet numerum
dierum, tamen illa completa tempus intentum feu
præfcriptum finitur. Vt fi quis fufpenderetur à be-
neficio fub hac temporis limitatione, quamdiu dura-
uerit fabrica huius templi, non haberet quidem nu-
merum: nihilominus tamen effet fufficiens præ-
fcriptum, vt finita templi fabrica, ipfo iure finiretur
fufpenfio, fimili ergo modo, quando fufpenfio pro-
pter cõtumaciam fertur, virtute continet hanc cõ-
ditionem, feu limitationem, Donec à cõtumacia recedat,
vt probatur optime ex c. Ex literis, de Cõftitutionib.
ergo, expleta illa cõditiõne, finitur tempus pro quo
talis fufpenfio lata eft: ergo ceflat etiam ipfo iure ipfa
fufpenfio abfque alia abfolutione. Patet confequen-
tia, cum, à paritate rationis, quia in vtroque cafu fi-
nitur terminus fufpenfionis: tum etiam quia ceflante
caufa, ceflat effectus: ergo, ceflante cõtumacia, debet
cefcare poena eius: tum denique ex dict. c. Ex literis
vbi quia ablata erat contumacia, mandat Pontifex,
vt, qui ab actibus magifterii fufpenfus erat, ad eor-
dem admittatur, nulla facta mentione præmittendi
abfolutionem. Confirmatur, nam fi fufpenfio fere-
tur fub hac condicione, Donec refituitur, vel fimili, vt
in cap. Quia fape, de Electione in 6. impleta condi-
tione, ceflat fufpenfio fine alia abfolutione: ergo idem
in præfenti. Confequentia tener ex dictis à paritate
rationis. Antecedens eft. Gloffæ in dict. cap. Quia fape,
verb. Donec, & in cap. 2. de Cenfibus in 6. & in cap.
vlt. de Offic. ordin. in 6. Et videtur probari in cap.
Præfbyteri, 2. q. 5.

*Sufpenfionem latam ob contumaciam per abfolu-
tionem tollendam effe.*

Secunda opinio eft, poft fatisfactionem feu re-
ceffum à contumacia necessariam effe abfoluti-
onem. Ita docet exprefse Innocent. in cap. Ex literis, de
Cõftit. Et idem fupponunt auctores, qui negant
auferri fufpenfionem abfque abfolutione, nam hoc
maxime verum effe potest in illa, quæ eft pro con-
tumacia. Id autem negat Gloff. in cap. Si quorundam,
de Solutionibus Sylueft. verb. Sufpenfio, n. 8. Ripa c.
1. de Iudic. n. 5. & ibi Decius lect. 2. n. 8. Cardinalis, &
Immol. Clement. 1. de Decimis. Fundatur autem
hæc fententia primo in generali ratione propriæ cõ-
fufuræ, de cuius ratione effe videtur, vt cum propter
contumaciam feratur, non nifi per abfolutionem
tollipoffit, vt fupra in difpu. vlt. de cõfuris oftendi-
mus. Refponderi potest hoc effe verum generatim
loquendo de abfolutione à iure vel ab homine, cõ-
ditionata vel abfoluta; tamen in huiusmodi fufpen-
fione includi femper abfolutionem conditionatam
ipfo iure latam, quæ ftatim operatur ac cõditio im-
pletur: tunc autem impletur, quando à contumacia
receditur, quia illa fola erat conditio requifita. Sed
contra hoc eft, quia licet fortaffe non repugnat ab-
folutionem à cenfura hoc modo tribui; tamẽ quod
ita femper feratur, quoties pro contumacia fertur,
gratis & fine fundamento dicitur. Et fi confideren-
tur ea, quæ fupra de cenfuris in communi diximus
difput. 8. fect. 1. & 4. multa occurrunt, propter quæ
hoc non videatur verifimile.

Præterea illa principia in quibus fundatur con-
traria fententia, male ad propositum applicatur, fci-
licet quod ceflante caufa, ceflat effectus, & quod po-
na pro contumacia lata nõ plus durare potest quam
contumacia: quæ quidem fi valida effent, idem de
excommunicatione concluderent: & ideo facilem
habent refponfionem, quia contumacia eft caufa
feu difpofitio neceffaria vt feratur cenfura, non ve-
ro vt conferretur: neque enim neceffarium eft, vt
culpa æque diuturna fit, ac poena, quæ pro illa im-
ponitur. Atque eadem ratione verum non eft fuf-
penfionem pro contumacia latam effe conditiona-
tam quoad durationem fuam, aut virtute include-
re adfolutionem conditionatam ipfo facto obri-
nendam ftatim ac fuerit contumacia ablata. Nam
interrogo vnde habeatur, aut colligatur hæc con-
ditio hoc fenfu intellecta, autem ex eo, quod fuf-
penfio pro contumacia fertur, & hoc non, alias id-
dem dicendum effet de omni propria cenfura: aut
ex aliqua condicione particulari fufpenfionis, vel ex
alio capite; & hoc etiam dici, vel probabili ratione
explicari non potest. Præterea quod fupra de cen-
fura in communi dicebam, in fufpenfione verum
habet, quod, licet pro contumacia feratur, ad bonũ
commune fpectare potest, vt non ftatim ablata con-
tumacia ipfo facto auferatur, tum iuridice conftet
Ecclefie de fatisfactione; quod attigit Innoc. fupra
dicens, quando dicitur, quovifque fatisfaciat, poffunt
effe multe dubitationes, quia vnus diceret plene fatisfeci-
ffe, alter negaret: tum etiam, vt, fi neceffe fit, condi-
gnam poenitentiam fuæ contumaciæ fimul cum ab-
folutione quis accipiat: ergo, quamuis aliquis pro
contumacia fufpendatur, talis lex vel fententia non
facit illum fenfum conditionatum, vt, fi à con-
tumacia recesserit, abfolutus maneat ipfo facto, fed vt
abfoluendus fit.

Et confirmatur, nam fimilis fententia pro eadem
caufa, vel cum fimili condicione in cenfura excom-
municationis prædictum reddit fenfum: cur ergo
non idem dicitur de cenfura fufpenfionis. Antece-
dens conftat ex c. Quafione, de Appellationib. & c. m-
Ex parte, 1. de Verb. fignificat. & aliis. Confequentia
probat, tum quia hæc cenfura fape æquiparantur
in iure, vt in ca. 1. & in c. huius, & in cap. Statutum, de
Sent. excomm. in 6. Et fpecialiter in hoc puncto, de
quo agimus, videntur æquiparari in c. Super eo, &
facit etiam cap. Venerabili, de Sent. excomm. Tum
etiam, quia nullo iure cautum eft, fententia fuf-
penfionis lata pro contumacia illum conditionatũ
reddat fenfum potius quam excommunicatio eor-
dem modolata. Proprietatem verborum non
magis reddit hunc fenfum in vna, quam in alia. De-
nique, quia nulla ratio affignari potest, ob quã ex-
communicatio pro contumacia non tollatur ipfo
facto ablata contumacia: non tollatur autem fufpen-
fio, etiam pro contumacia lata. Respondent aliqui,
effe difparem rationem, quia excommunicatio eicit
hominẽ ab Ecclefia, & præfcindit membrum à cor-
pore, & ideo, vt iterũ ei vnatur, & in Ecclefiam reci-
piatur neceffaria eft aliqua operatio miniftrorũ Ec-
clefiæ, ficut enim à principio nemo recipitur in Ec-
clefia nifi per minifterium, feu actionem aliquam
ipfius Ecclefie; ita etiam poftquam femel aliquis
eiectus eft ab Ecclefia, in ea non recipitur nifi per
minifterium eiusdem Ecclefie. Quæ ratio in fuf-
penfione locum non habet, cum per eam non ei-
ciatur quis ab Ecclefia. Hæc vero refponfio, licet
apparenter excogitata fit pro materiæ capacitate,
tamen ad conftituendam tantam diuerfitatem fine
vilo iure non videtur fufficiens, quia excommunica-
tus non illa ratione dicitur extra Ecclefiam eici,
nifi quia priuatur omni cõmunicatione membro-
rum, & bonorum Ecclefie: priuatur autem per
quandam prohibitionem, quæ ceflante, ftatim ex-
communicatus ad Ecclefiam refituitur: ergo pro-
pter

7
Soluuntur
fundam. en-
ta prioris
fententia:

8
Probat
affertio per
analogiam
ad excom-
municationem.

Enafio.

Improbatur.

per illum finem non erat necessaria actio ministri Ecclesie absoluentis. Eo vel maxime quod sufficere posset receptionem seu reunionem ad Ecclesiam esse proportionatam electioni, seu praecisioni: sed hac electio saepe est per sententiam generalem, & conditionatam, si hoc feceris, &c. ergo similis restitutio ad Ecclesiam sufficere posset per sententiam absolutio- nis generalem vel conditionatam inclusam in ipsa censura contumacia lata, & in illo sensu explicata, si satis feceris, vel, si a contumacia recesseris, absolutus ma- neas.

9 *Idem suade-
tur argu-
mento ab ex-
comm. minoris
sumpto.* Præterea excommunicatio minor, prout nunc est in usu Ecclesie, non aufertur nisi per absolutionem, quamvis non eiiciat hominem ab Ecclesia, & idem infra ostendimus de interdicto personali lato ob contumaciam eius, qui interdictus est, & colligi po- test ex dict. c. *Qua fronte*, ergo signum est necessita- tem absolutionis oriri ex illo capite, sed ex generali ratione censura, quæ secum affert illud grauamen, ut non nisi per absolutionem ab homine tollatur. Quin potius, si aliqua censura tollenda esset ipso iure ablata contumacia, deberet certe esse excommuni- catio maior: nam quia illa magis videtur pendere à contumacia, quam reliquæ: & maius hoc documentum animæ affert, faciliorem viam, & modum absoluti- onis videbatur postulare: ergo, si de excommunica- tione id statutum non est, nec de suspensione est di- cendum.

10 *Nullo iure
status suspen-
sionem hanc
sposura
tollit.* Superest tamen ut probemus, nullo iure statu- tum esse, suspensionem ob contumaciam prædicto modo tolli ipso iure. Hoc autem non aliter proba- mus, quam ostendendo ex iuribus, quæ ad hoc ci- tantur, id non colligi, nam si præter illa essentialia, citarentur ab auctoribus contraria sententia. Pri- mum ergo allegabatur cap. *Ex litteris*, de Constituti- onibus, de quo in primis non constat sermonem in eo esse de suspensione: nam textus absolute lo- quitur de priuatione communionis. Deinde ibi generatim dicitur, priuatum communionem ob con- tumaciam, si satisfactionem congruam exhibeat, recipiendum esse; non tamen ibi dicitur esse iam re- ceptum, vel esse recipiendum absque absolutione præuia, & applicata illa regula ad propriam excom- municationem intelligenda est de media absoluti- one: ergo eodem modo erit intelligenda decisio il- lius textus, quævis demus, penam illam fuisse sus- pensionem. Quod optime confirmatur ex d. capit. *Super eo*, de Sent. excomm. ubi simul & expresse de excommunicatione, & suspensione pro contuma- cia latis, eodem verbo dicitur sic ligatum, si promit- tat parere, posse recipi, scilicet, per absolutionem, nam de excommunicatione necessario ita exponendum est: ergo de suspensione, cum sub eodem verbo & tenore utraque censura comprehendatur. Aliud caput erat 2. q. 5. capit. *Presbyter si a plebe*. Veruntamen in illo textu non est sermo de suspensione ob con- tumaciam, sed ob infamiam de quodam delicto, & i- deo satisfactio, quæ ibi postulatur, non est quo rece- datur a contumacia, sed legitima purgatio, & iura- mentum cum certa solennitate, quod tale crimen

11 *Cap. Prof.
byter si a ple-
be, q. 5.* commissum non fuerit. Et ideo mirum non est, quod talis suspensio ipso iure cesset, exhibita illa sa- tisfactione, quia solum erat imposita propter infamiam, & propter scandalum populi tollendum. De- inde dico ibi non excludi beneficium absolutionis: illa enim suspensio ab homine imponenda est, ut ex textu & Glossa constat, ergo per sententiam absol- uendus est. Vnde Innoc. supra, textum illum pro hac secunda sententia allegat.

12 *Authoritas
negativa in-
ris ad idem
probandum
satis fit.* Addunt præterea auctoritatem iuris negativam, cum argumento ab speciali, nam de excommuni- catione maioris specialiter cautum est, illam non tol- li per solam resipiscenciam absque absolutione in capit. *A nobis*. 2. & cap. *Quod in dubiis*, & capit. *Cum desideres*, de Sent. excomm. de suspensione autem

hoc non inuenimus statutum: ergo signum est illud esse speciale in excommunicatione, & ideo non esse extendendum. Maxime cum penæ non sint ampli- andæ. Et magis videtur vrgere capit. *Qua fronte*, in quo de excommunicatione, & interdicto statuitur absolutio nem de illis esse præstandam sub iuratoria cautione, non obstantem partis contradictione, vel appellatione, de suspensione autem nulla mentio fit. Veruntamen hæc etiam probatio efficax non est, tum quia non omnia, quæ expressius declarantur in iure de vna censura, quam de aliis, sunt illi ita specialia, ut aliis non conueniant, ut per se notum videtur ex supra tractatis de censuris in communi, & ex titulo ipso de Sentent. excomm. hæc enim est frequentior, & magis visitata, & maxima cen- sura: & ideo fit sæpius de illa sermo in iure, & in ea pro- prietates censuræ expressius declarantur, non tamen propterea existimandæ sunt speciales illius, nisi ali- unde ex propria eius ratione constet; quod dici non potest de hac, quam nunc inquirimus. Tum etiam, quia de suspensione non omnino hoc tacetur, sed aliquando coniungitur suspensio excommuni- cationi quoad effectum absolutionis, ut in dict. cap. *Super eo*, Per quod etiam respondetur ad cap. *Qua fronte*: ibi enim de suspensione non fit sermo, quia fortasse in ordine ad illum effectum obtinendi ab- solutione contradicente vel appellante alio, non est eadem ratio de suspensione, quæ est de excommu- nicatione vel interdicto, quia illius absolutio non est ita necessaria ad bonam animæ: tamen non propterea excluditur, quin absolutio à suspensione absolue- te loquendo, necessaria sit. Vnde Couarruias in c. *Alma*, part. 1. §. 11. num. 5. post longam disputationem concludit cum multis Canonistis, quod hoc non esse discrimen inter excommunicationem, & sus- pensionem, licet de utraque oppositum sentiat in eo casu, de quo ibi disputat, scilicet, quando fertur ex- communicationis sub ea conditione, *Donec satisfecerit*. Cum autem nos supra de excommunicatione op- positum ostenderimus: idem nunc de suspensione dicere cogimur.

Quod tandem confirmatur, quia alias nunquam esset necessaria absolutio à suspensione pro contu- macia lata, saltem loquendo de iusta absolutione, ac per se. Consequens est falsum: ergo. Sequela patet, nam vel suspensus recessit à contumacia, vel non: si recessit, iam non indiget absolutione, si non recessit, absolueudus non est, regulariter ac per se loquē- do. Et ideo nihil refert, quod aliqui respondent, absolutionem posse dari, etiam si non recedatur à contumacia, & pro eo statu esse posse necessariam: nam tunc vel non iuste datur, vel certe non est dan- da nisi in aliquo raro & extraordinario casu, cum tamen hæc absolutio iuste & frequenter necessaria existimetur. Et præterea, licet in eo casu possit dari ab eo, qui suspensionem tulit ipso iure, vel à superi- ore, non tamen ab inferiore, ut supra ostendi: ac vero Doctores communiter affirmant, posse tolli per absolutionem ab ordinario Episcopo, si sit à iu- re, & non sit reservata: ergo intelligunt posse post ablatam contumaciam: non ergo est tunc ipso iure ablata. Rursus respondent, absolutionem simpliciter à suspensione non esse necessariam, tamen abso- lutionem ad cautelam saepe esse necessariam, & hanc etiam iuste posse concedi ab ordinario prælato: su- muntque argumentum ex capit. *Venerabili*, de Sen- tentia excommunicationis, in quo de hac absolui- one ad cautelam sermo est. Sed hoc non satisfacit, primo quia absolutio etiam ad cautelam non datur, nisi postquam constat, aliquem recessisse à con- tumacia, si illam habuit, vel saltem nunc illam non habere: non enim dicitur absolutio ad cautelam, propterea quod non æque postulet carentiam con- tumaciæ, ac absolutio simpliciter; sed propterea quod de censura prius contracta dubitatur, & ad maiore

securitatem datur absolutio: ergo absolutio ad cau-
telam supponit necessitatem absolutionis simplici-
ter, etiam ablata contumacia; nam sicut se habet
absolutio ad cautelam in casu dubio; ita absolutio
simpliciter in casu certo. Deinde hoc maxime vrget
in foro interiori, nam licet in exteriori possit inter-
dum dubitari, an suspensio cessauerit, nec ne: tamen
in interiori hoc dubium locum non habet, si reuera
suspensio cessat ablata contumacia; nam in eo foro
satis constat, an contumacia ablata sit, nec ne. At ve-
ro nihil magis est in usu, quam absolutio à suspen-
sione in foro penitentiali sub illa conditione, Si in-
diges, quæ est absolutio ad cautelam: ergo signum est
suspensionem hanc non tolli per solam resipiscen-
tiam, vel satisfactionem exhibitam.

Tandem declaratur, quia hæc suspensio ob con-
tumaciam interdum fertur cum reservatione: er-
go supponitur esse necessariam absolutionem eius;
quia non reservatur, nisi absolutio: ergo, si hæc non
esset necessaria, nihil esset, quod reservari posset: nã,
ablata contumacia, & facta condigna satisfactione
tolleretur censura ipso iure. Dicitur fortasse, quan-
do additur reservatio, tunc specialiter explicari talis
suspensionem non fieri sub ea conditione, & modo,
vt per solam satisfactionem auferri possit. Vel certe
dicitur eam suspensionem tunc nõ ferri solum pro
contumacia, sed etiam in poenam delicti commissi,
& ea intentione, vt propter gravitatem delicti duret
talis poena, donec per absolutionem auferatur. Sed,
quoniam hæc vera sint, tamen hic optime decla-
ratur, hanc esse quasi naturam, & conditionem hu-
ius censuræ, quoties pro contumacia fertur, quia re-
servatio adiuncta non mutat naturam vel modum
eius, sed solum limitat absoluendi potestatem.

Hæc igitur omnia videntur quidem satis persua-
dere suspensionem hanc latam pro contumacia, quan-
do absolute fertur, non auferri ipso iure ablata con-
tumacia, donec per absolutionem hominis tollatur.
Quando vero additur illa conditio, Donec resipiscat,
satisfaciat, restituat, vel aliquid simile, tunc res est
magis dubia propter quandam rationem superius
allatam, quod talis conditio videtur præscribere ter-
minum; pro quo duratura est suspensio. Nihilomi-
nus tamen, consequenter loquendo, videtur idem
sentendum, etiam si suspensio sub prædicta forma
feratur: quia illa eadem conditio virtute includitur
in quacumque suspensione, vel censura lata ob con-
tumaciam: & ideo sensus illius non tam est affirmati-
uus, quam negatiuus, scilicet vt absolui non possit
vel debeat sic suspensus, priusquam satisfaciat; vel,
si affirmatiue explicetur, non est sensus, quod statim
sit absolutus, sed quod absolendus sit. Vnde illa co-
ditio nõ limitat proprie terminum durationis sus-
pensionis, sed terminum, pro quo non est absolutio
concedenda. Et in hoc differt plurimum inter sus-
pensionem, quæ est purè poena ob delictum com-
missum, vel quæ est censura ob contumaciam: nam
illa quando præfigit terminum, non imponitur nisi
pro illo tempore: pro quo censetur sufficiens, & co-
digna poena, & ideo terminatur duratio eius per se,
& ipso iure absque alia absolutione. At vero suspen-
sio, quæ pro contumacia fertur, cum sit propria cen-
sura: simpliciter imponitur, vt duret, donec absolu-
tione tollatur: hæc enim est poena, quæ iuxta morem
Ecclesiæ proportionata, & condigna pro contuma-
cia reputata est; quamquam, quia poena medicinalis
est, auferri debeat per absolutionem, statim ac con-
tumacia receditur iuxta canonum institutionem
supra declaratam.

Supposita ergo necessitate absolutionis, superest
dubium, à quo possit dari. In quo breuiter dicendū
est, in suspensione ab homine iure ordinario abso-
lutionem ab eo tantum dari posse, qui illam tulit,
vel à superiore. In suspensione autem à iure si refer-
uata sit, ab auctore iuris, vel à superiore: si autem

Fr. Suarez tom. 5.

non sit reservata, ab ordinario etiam tolli poterit,
iuxta communem sententiam tractatam in priori
puncto. Quæ licet ex iure euidenter non probetur,
habet nihilominus in eo fundamentum, & vfu re-
cepta est; & ideo præfata est certa, quia sola consue-
tudo dat interdum iurisdictionem. Et ita hæc om-
nia certa sunt, & iuxta dicta de censuris in communi
intelligenda, & ad potestatem ordinariam, vel dele-
gatam iuxta ibi dicta applicanda.

SECTIO III.

Verum præscripta sit aliqua certa forma absoluendi
à suspensione.



AE C res tractata est sufficienter de
censuris in communi, & fere nihil hoc
loco addendum occurrit. Dicendum
est enim nullam certam formam ver-
borum hic esse præscriptam, aliquam
tamen necessariam esse, quæ sufficienter declaret
effectum. Vnde vtitata forma esse solet, Ego te abso-
lvo à vinculo suspensionis in quam incurristi, & restituo te
ad executionem tui muneris, vel ordinis, vel ad tuum be-
neficium. Ita sumitur ex Syluest. Tabien. Angelo, ver-
bo Absolutio, & Anton. in tract. de Suspensione, Na-
uar. ca. 27. nu. 101. & alii, & patet, quia illa verba sunt
satis apta ad significandam absolutionem ab hac cẽ-
sura, & communi vfu consentanea. Neque alia sunt
necessaria. Nam in primis non oportet exprimere
causam propter quam suspensio incurta est: nam ad
iudicandum effectum absolutionis, qui est tollere ex-
suspensionem, non oportet exprimere causam sus-
pensionis, nam hoc extrinsecum est. Vnde in abso-
lutione generali, quam solentius ad cautelam dare
ab omni vinculo suspensionis, nullam explicamus
causam. Quando autem absolutio est alicuius suspen-
sionis particularis, vt ad illam determinare dirigat-
ur absolutio, sufficit intentio absoluētis, quamuis
in verbis non fiat determinatio per explicationem
causæ. Atque eadem ratione non est necessarium
exprimere speciem suspensionis; quia, si absolutio
est generalis, sub genere comprehenduntur species
omnes, si verba, aut saltem intentio vniuersalis sunt,
vt cum dicimus, Absoluo te à peccatis tuis, omnia pec-
cata in specie intelligimus: idem ergo erit, si dicatur,
Absoluo te à suspensione, quam incurristi: nam hæc ver-
ba, etiam si videantur indefinita, in huiusmodi lo-
cutionibus æquivalent vniuersalibus, vt sæpe in su-
perioribus dictum est: vnde, si ex generali intentio-
ne procedant, erunt sufficientia: maioris tamen cla-
ritatis gratia; si à pluribus suspensionibus datur ab-
solutio, congruum est addere signum distributi-
uum, à vinculo suspensionis.

Vtile item est addere illam particulam quam in-
curristi, nam illa sufficienter determinat genericam
vocem. Quoniam neque illam addere existimo
necessarium, quia in ipsa absolutione satis includi-
tur, quod is, qui à suspensione absoluitur illam in-
currat: & ideo, quando res est dubia, additur illa co-
ditio Si quam incurristi. Tandem neque illa verba,
Restituo te, &c. licet claritati infertiant, existimo esse
necessaria; quia sine illis significatur sufficienter ef-
fectus huius formæ, & quia is qui absoluit, non aliter
restituit quam tollendo vinculum: illo enim ab-
lato, ex vi officij, seu beneficij, quod antea habebat
is, qui absoluitur, manet habilis ad eorum vsum: er-
go per hæc absolutionem nulla alia restitutio fit per
se, vt ita dicam, sed tantum per accidens, scilicet re-
mouendo prohibes, quæ remotio satis per verbum
absolutionis significatur. Propter quam ratio-
nem illa verba, & restituo te, &c. videri possunt
superflua, quia indicare videntur aliquem alium
modum positivæ restitutionis, præter ablationem
Ri impedi-

Cancl. h.
Syluest.
Tabien.
Angl.
Antonin.
Navarr.
In forma ab-
solutionis à
suspensio non
oportet ex-
primere cau-
sam eius.
Neque speci-
em suspensio-
nis.

Verba vti-
ta forma, re-
stitutio te, &c.
non sunt
de necessi-
tate absolu-
tionis.

470 Disp. XXX. In quo differat suspensio à deposit. &c.

Imo nec de
præcepto.

impedimenti : non tamen reprehendo vsum illo-
rum propter Doctorum auctoritatem, & maiorem
explicationem legitimo sensu illius verbi, *restitutus*,
qui est per absolutionem suspensum restitui ad pri-
stinum statum, in quo ante suspensionem erat. Ad-
do vero, prædicta verba, non solum non esse de ne-
cessitate formæ, verum etiam nec de necessitate
præcepti, & consuetudo non est tanta, nec tam certa
quæ iudicari possit sufficiens, vt induxerit præ-
ceptum. Verba ergo substantialia sunt, *Ego te absoluo à*
suspensione, vel alia similia, seu æquivalentia. Quod
tamen intelligendum est iuxta superius dicta de
Censuris in communi, vbi tractauimus, an debeant
esse vocalia, vel sufficiant scripta, & quid de aliis fi-
gnis dicendum sit.

A & ab illo petitur absolutio, vel generatim ab omni
suspensione, vel speciatim explicando modos &
causas illarum suspensionum, tunc vnica, & simplici
absolutione omnes tolluntur, siue expresse addatur
distributio, siue indefinite concedatur absolutio à
suspensione, dummodo simpliciter & absque vlla li-
mitatione detur: quia, cum illa absolutio sit indiffe-
rens, nihil operaretur, nisi omnes tolleretur, quia non
est maior ratio de vna quam de alia: nisi fortasse per
intentionem operantis limitaretur, quod sine du-
bio fieri posset: tamen, quando non constat alias de
tali intentione, præsumendum est esse consentane-
am verbis, & consequenter esse generalem & abso-
lutam, sicut verba ipsa sunt, iuxta communem eo-
rum vsum, vt diximus.

De solemnitate in forma absolutionis à suspensione.

3
conclusio. S E C U N D O dicendum est, nullam certam solenni-
tatem esse ab Ecclesia institutam, quæ ex præce-
pto seruanda sit in hac absolutione ferenda. Proba-
tur, quia nullo iure extat dicta solennitas, neque et-
iam in communi vfu habetur. Solum ait Nauarrus
citato loco in huiusmodi absolutione exigendum
esse iusiurandum ab eo, qui absoluitur, scilicet de
satisfaciendo, aut de obediendo, citatque cap. *Super*
eo, & cap. *Venerabili*, de Sent. excom. Tamen in priori
non est sermo de sola suspensione, sed coniuncta
cum excommunicatione: & ideo mirum non est
quod, per se loquendo, esset necessarium iuramen-
tum, quamquam in eo casu dispensauerit Pontifex,
vt *promissio manualis*, sine iuramento admitteretur.
In posteriori autem loco est sermo de absolutione
ad cautelam, & quæ in alterius præiudicium cedere
poterat; & in omni casu simili verum existimo exi-
gendum esse iuramentum, vel aliam sufficientem
cautionem, maxime quando res est grauioris mo-
menti: extra huiusmodi autem casum non erit tale
iuramentum necessarium.

Hic vero occurrebant quæstiones ille, an ad hanc
absolutionem necessaria sit præsentia localis, vel
ferri possit in absentem, & ignorantem, & non vo-
luntarium, vel inuitum: verum hæc omnia, & simi-
lia eodem modo expedienda sunt, quo in Censura
in communi. Vnde hic etiam oportet aduertere,
quod ibi tractauimus, fieri posse vt aliquis sit suspē-
sus pluribus suspensionibus, vel diuersarum ratio-
num, vel tantum numero diuersis, vt per se notum
est: ideoque posse etiam contingere, vt ab vna ab-
soluatur, & non ab alia, quia non habent inter se ne-
cessariam connexionem, vt ex dictis ibi patet, quia
nulla est hic specialis ratio. Et ideo diligenter inspi-
ciendum est, an absolutio limitetur ad vnam suspen-
sionem, vel extendatur ad omnes: limitabitur autē
ad vnam, primo quando in forma absolutionis ex-
plicatur causa suspensionis: nam tunc solum tolli-
tur illa quæ propter talem causam contracta est, &
alia quæ orta fuerit ex diuersa causa manebit. Se-
cundo, si vna sit lata ab vno iudice, & ab alio, si vnus
absoluat, tollit suspensionem, quam ipse intulit, non
aliam, nisi absoluat simpliciter ex facultate alterius:
idemque proportionaliter est, si vna sit à iure, alia ab
homine. Item si vna sit propter delictum, & alia
propter defectum, priori ablata non tollitur poste-
rior, nam potestatem longe diuersam requirit: vt si
quis ante legitimam ætatem sine dispensatione ordi-
natus sit, licet absoluaatur à suspensione, quam pro-
pter illud delictum incurrit, non tamen manet sta-
tim habilis ad ministrandum in ordine suscepto, do-
nec, vel ætatem impleat, vel in illo etiam defectu
specialiter dispensetur, nam illa potius est irregula-
ritas quædam, de quo alias. At vero, quando pote-
stas absoluentis, ad omnes suspensiones extenditur,

Signa ad co-
gnoscendum
quando abso-
lutio datur
ab vna
suspensione
ab omnibus.
Primum.

Secundum.

Tertium.

DISPUTATIO XXX.

De differentia suspensionis à depositione, & degradatione.



V A M V S Depositio, & degra-
datio propriè censuræ non sunt, vt in principio huius materiæ
diximus: tamen quia solennes
Ecclesiasticæ pænæ sunt, & cum censuris,
præsertim cum suspensione maximam affi-
nitatem habent, ad huius materiæ comple-
mentum necessarium est aliquam earum
mentionem facere. Atque ad id præstan-
dum hic locus accommodatissimus visus
est, vt suspensionis natura, quam hætenus
absolute considerauimus, nunc per compa-
rationem ad has pœnas exactius intelliga-
tur. Est autem circanomen *depositionis* ad-
uertendum æquiuocum esse, sicut & ver-
bum *deponere*, à quo deducitur. *Deponere*
enim aliquando idem significat, quod rem
alicui custodiendam tradere, & res sic tra-
dita *depositum* dicitur: actio vero ipsa tra-
dendi dicitur *depositio*: quomodo frequen-
ter accipitur in vtroque iure sub titulis de
Deposito. Et inde fortasse deriuatum fuit
in iure ad significandum testium depositio-
nem, seu testificationem: nam qui testimo-
nium suum profert, quodammodo verita-
tem sibi cognitam fidei iudicis committit.
Atque sic accipitur nomen *depositio* in L. 3.
C. si minor se maiorem dixerit. Alio vero
modo verbum *deponere* significat idem quod
auferre, aut derelinquere aliquid: quomodo
inter alia dicitur quispiam deponere of-
ficium, vel imperium. Et hinc etiam nomen
depositionis significat illam actionem per
quam aliquis, vel deponit, vel deponitur ab
officio, vel à qualibet dignitate. Et quidem,
si depositio fiat ab ipso, qui deponitur
omnino sponte & voluntarie, non habet ra-
tionem pænæ: si vero quis inuitus ab alio
deponatur, tunc depositio pœnalis est: & si
versetur circa munus, vel dignitatem eccle-
siasticam, erit specialis pœna ecclesiastica,
ad quam significandam in iure Canonico
accom-

Depositi
nomen aptum
ad id.

In qui
enim
suspē-
sio

Primo
enim
suspē-
sio

Secundo
enim
suspē-
sio

3. C.
enim

Nam
dicitur
Bern.